

Questiones

tercii de Anima

Nota localiter motus est

eorum semp magis crecit in inferno quanto plures labunt in talem heresim

Arguit. separata habet curam eorum que agunt in hac vita. ergo cognoscit ea que aguntur in hac vita. Antecedens probat de diuite epulone. qui cognouit fratres suos et petiuit dici fratribus suis ut peccata caruerent ne venirent ad talem intolerabilem locum tormentorum. **Q**uod non est inconueniens dicere quod anima habeat curam de quibusdam singularibus. quia de quibusdam habet animam separata cognoscere per alium quem quatuor modorum plus dicitur. et sic diues epulo habuit curam de suis fratribus ne ipsi venirent ad penam in qua ipse fuit. ne ipse magis puniretur. **P**otest aliter dici quod quandoque habemus curam de his que ignoramus. sicut habemus curam de animabus defunctorum. faciendo pro eis suffragia. et tamen ignoramus an sint damnati an non. **N**el potest dici quod anime damnatorum cognoscunt aliqua singularia peccata animas eis aduenientes. et sicut est in purgatorio.

Arguit. anime quandoque apparere in istis inferioribus petendo suffragia. ergo cognoscunt ista inferiora.

Quod hoc fit miraculose. vel sic per operationes bonorum vel malorum angelorum mortuis ignorantibus. et hoc quoad hoc et dispone diuina ad terrorem venientium vel ad instructionem eorum.

Quoniam autem anima secundum duas distinctas potestates. que animalium est et distinctio quod intelligit opus est sensus. et adhuc in motu secundum locum motum. et sensu quidem et intellectum determinata sunt tanta. De motu autem quid forte anime speculandum est. utrum vna que dam pars ipsius sit separabilis aut magnitudi ne aut ratione. aut omnis anima. Et si pars aliqua propria quedam sit preter consuetas dici et dictas. aut harum vna aliqua sit.

Postquam Aristotle. determinauit de tribus partibus anime. scilicet vegetatiua. sensitua. et intellectua. hic consequenter determinat de alia parte anime. scilicet mortua. Et primo dicit de quo est incerto. et sic. quod quia anima distincta est ab antiquis per potentiam cognitiuam et motiuam et de cognitiua iam dictum est. quia potentie cognitiue sunt sensitiue et intellectiue. nunc consequenter dicendum est de motua.

Queritur. que sit ratio ordinis. **Q**uod ista. que potentie cognitiue (de quibus plus dictum est) sunt principium motus localis. quia ergo prius determinandum est de principio quod de principio. ideo prius de eis fuit determinandum. et sic ordine doctrine plus determinandum fuit de illis principijs. que sunt principium potentie executiue motus localis.

Arguitur. potentia localiter motiua est communis et potentie intellectiue et sensitui. ergo debet precedere. **Q**uod in ordine doctrine sunt duo consideranda. scilicet scilicet unitas secundum quod communiora sunt priora et notiora minus communibus. ut dicitur primo philosophorum. et sic potentia localiter motiua precedit intellecti

uam et sensitiuam. Aliud est ratio principij. et secundum istam rationem potentie cognitiue precedunt motiua. quod potentie cognitiue sunt principij motus localis.

Queritur. quid sit potentia localiter motiua in animalibus. **D**icendum quod potentia localiter motiua est duplex. quedam est imperatiua siue directiua motus localis. et tunc potentia localiter motiua est intellectus et voluntas in homine. et in alijs animalibus. quia homines non habentes rationem mouentur et sensu et appetitu sicut bruta. Alia est potentia motiua executiua motus. et sic potentia localiter motiua significat vnam potentiam. que est principium in corde secundum quod contrahitur nervis et muscularis que sunt in animas. **C**irca quod sciendum. quod ista principia possunt in animali realiter diuidi. quia in quodam animali potest inueniri potentia localis imperatiua absque executiua. sicut patet in animalibus habentibus defectum in membris corporalibus. sicut contingit in febricitantibus. In alijs autem econtra est potentia motiua executiua et non imperatiua. sicut in fatuis habitibus versus membrorum. quod indefiniate mouentur. et sic proprie non mouentur aliquo imperio. **A**ristoteles determinat de vtraque potentia. et primo de imperatiua motus. secundo de executiua motus. (Nunc autem)

Habet autem dubitationem motus. quomodo optet partes anime dicere et quot. motus enim quodammodo infinite videtur. et non solum quas dicitur quodammodo determinantes rationem motus et irascibilem et appetitiuam. his autem rationem habentem et irrationabilem.

Dicit Aristoteles consequenter prosequitur suam intentionem. prosequendo de potentia locali motiua imperatiua. et quia talis potentia imperatiua continetur sub aliquo genere potentie. similiter etiam executiua. **P**rimo ergo pro modo disputato inquirat diuisionem potentiarum. et primo permittit diuisionem quam ponebant antiqui. et dicit quod impossibile est distinguere potentias anime secundum operationes speciales anime. quia tales sunt infinite et indeterminate. ergo oportet distinguere partes anime secundum operationes in generali. et sic antequam diuiserentur potentias anime in rationalem irascibilem et concupiscibilem. **A**lij autem diuidunt eas in rationalem et irrationalem.

Secundum enim diuisiones per quas has separant. et alie videtur partes maiorem his diuisionem habentes. et quibus tunc dictum est. Vegetatiua autem que cum platis inest et omnibus viuicibus et sensitua. quia neque sicut irrationabilem. neque sicut rationem habentem ponet quod vtiq; facile.

Dicit Aristoteles obijcit contra istas diuisiones quatuor rationibus. quarum prima stat in hoc. quod membra diuisoria debent euacuare totam naturam diuisi. sed sunt aliquae potentie anime que non continentur sub particulis diuisionis. sicut sunt potentie vegetatiue et sensitue. quia potentie tales nec sunt rationales nec irrationales. nec irascibiles nec concupiscibiles.